

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lectionarium - Cod. Aug. perg. 37

[S.l.], [3. Drittel des 10. Jh.]

De translatione sancti Benedicti abbatis

[urn:nbn:de:bsz:31-6715](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6715)

tiae in uitam aeternam. Cum sol autē
 occidisset. omnes qui habebant in
 firmos uariis languoribus. ducebant
 illos ad eum. At ille singulis manus
 imponens. curabat eos. Solis occubi
 tus. passionem mortem q̄ significat
 illius qui dixit. Quam diu in mundo
 sum. lux sum mundi. Et sole occiden
 te. plures doemoniaci quam ante
 plures sanantur egroti. quia qui tem
 poraliter in carne uiuens. paucos iu
 deorum docuit. calcato regno mor
 tis. omnibus per orbem gentibus. fidei
 salutis q̄. dona transmisit. Cuius mi
 nistris. quasi uitae lucis q̄. preceps.
 psallimista canit. Iter facite ei. qui
 ascendit super occasum.

**INCIPIT DE TRANS
 LAT. S. BENED. ABBAT.**

um diu gens langobardorū
 in fidelitatis suae tenebris cure
 re noluisse. & iugum dñi ferre detrec
 tans. eos qui ferebant impugnare de
 creuisset. italiā uenit nominis xpi
 ani impugnandi gratia. et suo eam
 domino subiugandi. Cuius incolae.
 occulto deus iudicio. eius mueroni tra
 didit feriendos. Quae gens longe la

te q̄ suae cedis extendens crudelita
 tem. beneuentanam aggressa est.
 expugnare prouinciam. Cuius
 urbes terrae coequans monaste
 ria uillas q̄ populans. no. mini
 mas xpianorum strages de

Oues enim dominicas ab ouilibus
 clusas. diuersa exde lacerans. ou
 lia dñi euertebat. ita ut in her
 uastitatem. loca prius desiderabi
 lia conuersa uiderentur. Vnde
 inter cetera facinora sua. monaste
 rium eximii patris benedicti de
 populans. rebus omnibus orbatum
 in habitabile reddidit. quod quomo
 do acciderit. legenti secundum di
 alogorum beati gregori librum
 clarum est. qui omnia huius sanc
 tissimi uiri opera claro stilo prose
 cutus. inter cetera narrat eum pro
 phe tiae spū cognouisse atque
 prenu. tiasse. ablati rebus omnibus
 idem monasterium euersum 171.

Hac itaque patrata euersione. & mul
 tis effluentibus annorum curricula.
 idem locus ad heremum redactus.
 coepit esse ferarum. qui prius fuerat
 habitatio hominum. usquequo reg

in franchorum gubernacula adeptus est. Leodebodus filius dagoberti. Quisquam enim nobilissimus uir. et in administratione publica. et in reo callebat ingenio. Iste enim etiam rex. cum egregius pollet moribus. petitionibusque iustis. et seruicio dei aptis assensum preberet. interpellatus est a bonae memoriae leodebodo patre monasterii sancti aniani. quod est situm prope mœnia urbis aurelianae. ut monasterium ordini monastico congruens. sibi liceret construere in agro floriacensi. datis pro eodem agro in mutua uicissitudine prediis. quae sibi a parentibus iure hereditario relictis possidebat. Namque isdem ager floriacensis scilicet regalis tunc fiscus erat. Quibus auditis rex libentissime eius precibus annuit. et desiderium illius quod diu dilatione creuerat compleri iudicauit. Igitur ab utrisque partibus mutuae commutationes facte sunt. memorato abbate dante. quod agentoribus ei relictum erat predium. & rege supradicto

reciproca uicissitudine pro eo agellum quendam floriacum cognominatum. cum appenditiis suis. hanc longe altiore ligeris. Quod testamentum mutuae uicissitudinis. usque hodie in archiuis publicis nostris reseruatur monasterii. Predictus autem uir domini leodebodus. hoc negotio peracto. nequaquam oblitus sui destinationis desiderii. in supradicto agello coepit aedificare habitationes utiles monachis. Quod opus sagaci insistentis industria. mirifico consummatum effectum. Aedificansque ibi basilicam in honore sancti petri. itemque aliam in honore sanctae mariae. domino dedicari uoluit. Mox etiam ut preparata habitatio non inanis esset. atque sine habitatoribus. collegit ibidem quam plures ad domino seruiendum. sub norma regule uiuere paratos. patremque & abbatem his praefecit. nomine mummolum. Qui quam diu rebus humanis interfuit. ut idoneus pastor. gregis sibi commissi sollicitè curam exhibuit. Igitur cum processu temporis euoluentibus annis. supra dictus leodebodus corpore exemptus. sicut credimus ecclesiae recessisset ad sedes. iam dictus mummolus

supra gregis sibi commissi custo-
 dias optime seruans. & lectioni
 assiduac studium dans. inter
 cetera repperit in libris beati
 ac precellentissimi uiri grego-
 ri romani antistitis. quomo-
 do sanctus ac deo dilectus bene-
 dictus. agonis sui cursum in be-
 neuentana prouincia consum-
 mauert. Recordans q̄ quia is-
 dem uenerabilis pater oraculo
 diuino ammonitus. presciens q̄
 futuros casus. predixit illud
 monasterium funditus euerten-
 dum. et quod ille spiritalibus
 oculis. iste oculis patrum car-
 neis conspicebat. misit ad pre-
 dictam prouintiam unum ex
 commilitonibus suis. nomine
 aigulfum monachum. Sic nam-
 que sibi fuisse reuelatum diui-
 nitus dicebat. ut predictus uir
 illuc pergens. corpus iam dicti
 transferret benedicti. Fuit nam-
 que aigulfus uenerabilis uir. et
 deo omnimodo placere gestiens.
 Qui quantę sanctitatis fuerit. cuius
 ac uirtutis. finis probauit. in quo

omnis laus secum
 cum polleret bono
 in monasterio
 norum studium
 tur aliquantisper
 remorari. a contrariis
 diuine insidias perpetuam
 usque martyrii
 Cuius etiam passio. poene
 habetur. Non dispar inter
 huic uisioni in cinnomannica
 be apparuit uisio. **L. V. C. A. A.**
 Nillo temp̄. **D**escendens iñe
 de monte. stetit in loco cam-
 pestri. et reliqua.

OMNIBUS VENERABILIBUS



BEATAE PVBLICAE

DISCIPULOS
 ipse eleua-
 tis oculis
 indiscipulos
 dicebat.

beati pauperes. quia
 uestrum est regnum di.
 Et si generaliter omnibus
 loquitur. specialius ta-
 men oculos saluator in
 discipulos leuat. ut his